La Mantia

Privilegi inediti di Messina del secolo XIII

1897

PRIVILEGI INEDITI
DI MESSINA
DEL SECOLO XIII

PUBBLICATI PER CURA

DEL COMM. VITO LA MANTIA
GRANDE UFFICIALE
PRIMO PRESIDENTE ONORARIO DI CORTE D'APPELLO

PALERMO
LIBRERIA ALBERTO REBER

1897

PRIVILEGI INEDITI
DI MESSINA
DEL SECOLO XIII

PUBBLICATI PER CURA

DEL COMM. VITO LA MANTIA
GRANDE UFFICIALE
PRIMO PRESIDENTE ONORARIO DI CORTE D'APPELLO

PALERMO
LIBRERIA ALBERTO REBER

1897

I. — 1272 — febbraro 24 — Capua.

Carlo d' Angiò concede ai Messinesi che da altre parti non possa introdursi vino in Messina, tranne per uso del Vicario e regi officiali o della Real Corte qualora il re o i suoi figli colà si trovassero.

Concede inoltre che quante volte accadrà di formarsi armata navale (*stolum generale*), la città avrà una galea rossa come segno di onore e preferenza sulle altre città. Si riserba di conferire tale onore ad altra città quando un' armata speciale (*stolis particularibus*) volesse spedirsi fuori Sicilia.

Carolus Dei gracia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Alme Urbis senator, Andegavie, Provincie et Folcalquerii comes, Romani Imperii in Tuscia per Sanctam Romanam Ecclesiam vicarius generalis. Per presens privilegium notum facimus universis tam presentibus, quam futuris, quod nos attendentes sinceritatem devocionis et fidei firmitatem, quibus cives Messane 5 inter ceteros regni nostri fideles specialiter claruerunt, liberaliter eis reddimus ad beneficia et ad gracias liberales; cum igitur redditus dicte civitatis in vino quo abundat plurimum consistere dignoscantur, qui etiam annullarentur penitus si aliunde vinum deferretur ad ipsam, nos eorumdem civium indemnitatibus precaventes, tenore presencium inhibemus ne aliquis ad civitatem 10 ipsam vinum aliunde deferre presumat, nisi forte generalis Vicarius vel Straticotus aut Castellanus, seu aliqui nostri officiales in civitate ipsa manendo pro usu eorum seu familie sue tantum, nobis etiam vel liberis nostris ibidem personaliter existentibus, pro usu nostre curie vinum deferri ab aliis partibus faceremus, quam inhibicionem nullus nisi de nostro vel nostri in regno heredis 15

6 eis reddantur *Ms. Arch. Comunale di Messina* (A) | eis reddimus *Ms. Bibl. Comunale di Palermo* (P) | 7 quum A | cum P | 15 heredis *om.* A.

speciali mandato valeat relaxare. Ad hec ampliorem eis graciam facientes ut civitas eadem, quam pro suis meritis honorare providimus, specialibus per nos honoribus decoretur, volumus et presentium auctoritate statuimus ut quociens de mandato nostro congregari contingerit stolum generale, dicta civitas
5 et cives galeam rubeam habeant, et in hoc inter ceteras civitates specialiter honoretur ac aliis preferatur, nullo tamen aliis civitatibus preiudicio faciendo, cum in aliis particularibus stolis, que congregari contingerit extra Siciliam, liberum nobis remaneat galeam rubeam, illi de qua magis nobis placuerit concedere civitati; ut autem huiusmodi nostra inhibitio et decretum plenum
10 robur obtineant firmitatis, presens privilegium exinde fieri et sigillo Maestatis nostre jussimus communiri.

Datum Capue per manus Gaufridi de Bellomonte regni Sicilie Cancellarii, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, mense februarii, die vicesimoquinto eiusdem, decimaquinta Indicione, regnante domino Carolo
15 nostro invictissimo rege Sicilie, regni eius anno sexto feliciter amen.

Samperi (*Messana S. P. Q. R. Regumque decreto nobilis, exemplaris et regni Siciliae caput, duodecim titulis illustrata,* Messanae 1742, t. II, pag. 218) e Gallo (*Annali di Messina,* t. I, *Apparato,* 1756, pag. 62; t. II, 1758, pag. 102), accennano e riferiscono soltanto alcune parole di questo diploma. Il testo non è stato finora pubblicato nelle note opere di Minieri Riccio e Del Giudice su le leggi e i diplomi dei tempi angioini.

Questo diploma è desunto dai manoscritti che si trovano nell' Archivio Comunale di Messina (f. 39), nella Biblioteca Universitaria di Messina, e nella Biblioteca Comunale di Palermo (f. 27). Si trova indicato nell' indice di Hartzenbusch (*Arch. Stor. Siciliano,* I, pag. 318), e di Carini (*Relazione*, II, pag. 260).

2. — 1272 — giugno 16 — Napoli.

Carlo d'Angiò a petizione dei Messinesi prescrive che facciano uso del rotolo di peso uguale a quello che era in uso in tutte le parti del regno, e che era di once trentatre e un terzo.

Carolus Dei gracia rex Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue, Alme Urbis senator, Andegavie et Provincie et Folcalquerie comes, Romani Imperii in Tuscia per Sanctam Romanam Ecclesiam vicarius generalis, Stratigoto et Iudicibus Messane, tam presentibus quam futuris, fidelibus suis graciam suam
5 et bonam voluntatem. Ambaxatores civitatis Messane ad nostram accedentes presentiam pro parte Universitatis ipsius, nobis humiliter supplicarunt ut quum

5 et cives A | et eius P | 7 quin A | cum P | 14 Nei Ms. di Madrid (Carini, *Relazione*, II, pag. 260), di Messina (*Arch. Com.*) e di Palermo è notata la XIV Ind.

eadem Universitas quodam pondere quod rotulum dicitur triginta unciarum videlicet alio et diverso a communi rotulo quod in cunctis regni partibus observatur, quod est triginta trium unciarum et tercie, utantur [in] ipsius Universitatis et nostrum quandoque preiudicium manifestum, ac velint commun uti rotulo quod in aliis regni partibus communiter observatur, providere ei super hoc nostra serenitas dignaretur. Nos igitur ipsorum supplicacionibus inclinati, fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus si sine damno vel preiudicio Curie nostre fieri potest, huiusmodi commune rotulum quod in toto regno servatur, faciatis in eadem civitate inviolabiliter observari, predicto speciali rotulo quo hactenus usi sunt totaliter annullato. — Datum Neapoli per magistrum Simonem Parisium regni Sicilie cancellarium, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, sextodecimo junii, quintedecime Indicionis, regni nostri anno septimo.

Ducange (*Glossarium*, ed. Niort 1886, t. VII, pag. 225) ha notato: « Italis *rotulo* etiam est species ponderis, scilicet 32 unciarum Venetiis aut circiter, in Sicilia vero duarum librarum cum dimidia „. Federici (*Degli antichi Duchi e Consoli o Ipati della città di Gaeta,* Napoli 1791, pag. 489) scrive: È noto che il *cantàro* del regno di Napoli sia il peso di cento rotola, e ogni *rotolo* pesa once trentatre. Sbaglia pertanto il Ducange quando scrive che per gl' Italiani e per i Napolitani sia costituito da libbre venticinque. Il vero peso è di libbre dugento settantacinque intiere di dodici once per libbra ». Nel *Codex diplomaticus Cajetanus* (t. II, Montecassino 1891, pag. 228) gli editori notarono per un diploma del 1125: *Cantarus* neapolitanus in centum *rotulos* dividebatur, et rotulus *unciis* 33 constabat, duodecim unciis *libra* componebatur. In metrico systemate, rotulus Kil. 0, 89, libris vero 2, 77 par est ».

Il testo inedito di questo privilegio di Carlo d' Angiò viene ora per la prima volta in luce. In Trapani nel *Regesto Poligrafo* della Biblioteca Fardelliana (fol. 333 r.°) e nel Libro Rosso (fol. 82) di quell'Archivio Comunale è inserito un breve sunto del privilegio, che ho riferito nella prefazione alle *Antiche Consuetudini* (pag. XXXVI n. 2): *De rotulo* — Item quod rotulum *terre Trapani* de cetero sit unciarum triginta trium et tercie, rotulo unciarum triginta, quo ipsi *Trapanenses* hactenus utebantur, totaliter annullato. Dat Neapoli M° CC° LXXII.

I Trapanesi talvolta nelle copie dei *privilegi* mutavano i nomi di *Messan* in *Drepani* o *Trapani,* e *Messanenses* in *Drepanenses* o *Trapanenses*, essendo

6 super *om.* A | super P | 7 et preiudicio A | vel preiudicio P | 10 uti habent | 12 quinte A | quintedecime P.

dal 1314 estesi e comunicati a Trapani gli antichi privilegi della città di Messina.

Questo diploma è anche ricavato dai tre manoscritti sopra indicati. Si trova pure nell'indice di Hartzenbusch e di Carini.

Cadier nell'opera postuma *Essai sur l'administration du royaume de Sicile sous Charles I et Charles II d'Anjou* (Paris, 1891) non fa menzione dei privilegi di Messina, e perciò non pubblica nè accenna questi diplomi.

3. — 1283 — dicembre 15 — Catania.

L' Infante Giacomo luogotenente del regno, concede per mandato della regina sua madre, salvo il beneplacito del re, che i Messinesi in qualunque parte nei regni di Sicilia e di Aragona e fuori di questi regni, trovandosi in numero maggiore di tre, possano eligere Console uno di loro, perchè esamini e giudichi le civili controversie che insorgono fra essi o sono da altri promosse, nè siano chiamati dinanzi alcun altro giudice.

Jacobus Infans illustris regis Aragonum et Sicilie filius suus in regno Sicilie futurus successor et heres, ac eius in eodem regno generaliter locumtenens. Per presens privilegium notum fieri volumus universis tam presentibus
5 quam futuris, quod actentis gratis et acceptis obsequiose devocionis serviciis, que cives civitatis Messane fideles regii devoti nostri illustribus domino regi et domine regine, dominis parentibus nostris et nobis devote hactenus contulerunt, et specialiter in offensione regiorum hostium et nostrorum, expensas et fastidia alacriter subeundo, continue conferunt et in futurum conferre po-
10 terunt graciora, volentes eos propterea novis immunitatibus et beneficiis congaudere, dum justis laboribus tribuenda sit compensatio premiorum, Messanensibus ipsis concedimus pro parte regie Curie, auctoritate qua fungimur, de beneplacito et mandato predicte domine regine domine matris nostre, ut ubicumque eos tam per regnum Sicilie, quam Aragonum, extra predictam
15 civitatem Messane contingerit, vel etiam ubicumque extra regna prefata inveniri, et sint a tribus ultra in numero, liceat eis alterum eorum quem sufficientiorem videant, in Consulem ipsorum eligere et constituere, per quem questiones et cause civiles, que oriri contingerint inter eos, vel in quibus ab aliis eos contingerit conveniri, cognoscantur, discutiantur et finaliter
20 decidantur ad honorem et fidelitatem ipsorum dominorum parentum nostrorum et nostrarum ac nostri ac heredum et successorum eorum, et in nulla alia Curia coram quolibet alio iudice, quam predicto Consule, non possint de causis et questionibus ipsis per aliquos etiam privilegiorum beneficiis juris communis seu specialis vocatos aliquatenus conveniri; in concessione quoque predicta beneplacito et mandato predicti domini regis domini patris nostri preservatis

et in omnibus semper salvis. In huius autem concessionis robur, testimonium et cautelam presens privilegium eis exinde fieri jussimus et sigillo pendenti nostre celsitudinis communiri. Datum Cathanie anno domini millesimo ducentesimo octuagesimotercio, mense decembris, quintodecimo eiusdem, duodecime Indicionis.

Di questo privilegio fu pubblicata una parte soltanto da SAMPERI *(op. cit.* t. II, pag. 317), ed ora nel suo intero tenore viene per la prima volta in luce. Grande è l'importanza di questa concessione pel Consolato del Mare, che rimase poi sempre prerogativa di Messina fino ai tempi moderni. Ne ho dato notizia nella memoria: *Consolato del Mare e dei Mercanti e capitoli vari di Messina e di Trapani* (Palermo, 1897).

Il re Pietro non era presente e perciò l'infante Giacomo principe ereditario e luogotenente per mandato della regina faceva la concessione salvo il regio beneplacito del suo genitore. Devesi qui ricordare che il Consolato apparisce concesso da Ruggiero nei primordi della sicula monarchia, col privilegio da me pubblicato col transunto notarile del 1439 che rimaneva inedito, e del quale esistevano copie nelle tre raccolte: *Regesto Poligrafo* (fol. 347 *retro*—349), LIBRO ROSSO (fol. 144-149), manoscritto di un notaro (fol. 348), e nel volume Ms. *Privilegi delli pescatori della città di Trapani* (fol. 6-11). Nell'inizio del regno di Sicilia separato dalle provincie napolitane per la rivoluzione del Vespro, fu fatta la concessione solenne con questo privilegio che non é stato per alcun modo impugnato, e che fu indi confermato nel 1294 da Giacomo divenuto re di Sicilia. (GALLO, *Annali di Messina*, t. II, pag. 151-158. Ms. Archivio Comunale di Messina, *Privilegi di Messina*, fol. 53-60—*Regesto Poligrafo* della Biblioteca Fardelliana di Trapani, fol. 342-344).

Anche questo diploma (1283) è desunto dai tre manoscritti sopra indicati.

Di questo privilegio *inedito* sul Consolato del Mare non ebbero notizia nè RACIOPPI *(Archivio Storico per le provincie napoletane,* Napoli 1878, vol. III, pag. 702), nè VALROGER (*Ètude sur l'institution des Consuls de la mer au Moyen-Age,* Paris 1891 nella *N. Revue Historique de droit*, t. XV, pag. 75), nè MOREL *(Les juridictions commerciales au moyen age,* Paris 1897), i quali anzi neppure mostrano di conoscere l'esistenza del notissimo privilegio di Giacomo (30 luglio 1294) pubblicato nel secolo scorso da GALLO *(Annali di Messina,* ivi 1758, t. II, pag. 151-158).

RACIOPPI (*op. cit.* pag. 702) indicò un documento del 1402 pubblicato d

Camera (*Memorie storico-diplomatiche della città e ducato di Amalfi*, Salerno 1876, vol. I, pag. 593), nel quale i *Consules Curie Maris nobilis civitatis Messane* eligevano « Petrillo de Guiczono de Amalphia......te in *Messanensium et Siculorum Consulem elegimus.* »

Wagner (*Handbuch des Seerechts*, Leipzig 1884, t. I, pag. 37) seguito da Valroger (*op. cit.* pag. 75) ritenne che l'esistenza dei Consoli del Mare in Messina non fosse anteriore a quell'anno (1402).

4. — 1283 — dicembre 15 — Catania.

Giacomo luogotenente di Pietro concede che nessun cittadino di Messina sia chiamato in giudizio anco da persona privilegiata, se non innanzi lo Stratigoto e giudici per cause civili o criminali, tranne per feudi quadernati e per delitti di lesa maestà, e che non possa alcuno esser tratto in giudizio fuori Messina tranne per causa di appellazione. Se la Magna Regia Curia risedesse in Messina e prima di aver del tutto definito le liti tra Messinesi si allontanasse, si dovea fra un termine compiere il giudizio innanzi lo Strategoto e i giudici di Messina.

Jacobus Infans illustris regis Aragonum et Sicilie filius suus in regno Sicilie futurus successor et heres, ac ejus in eodem regno generalis locumtenens. Per presens privilegium notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris, quod actentis gratis et acceptis obsequiose devotionis
5 serviciis, que cives civitatis Messane fideles regii devoti nostri illustribus domino regi et domine regine, dominis parentibus nostris et nobis devote hactenus contulerunt, et specialiter in offensione regiorum hostium et nostrorum, expensas et fastidia alacriter subeundo, continue conferunt et in futurum conferre poterunt graciora, volentes eos novis immunitatibus et beneficiis preterea
10 congaudere, dum justis laboribus tribuenda sit compensacio premiorum, civibus civitatis ipsius et tenimenti sui concedimus pro parte regie curie authoritate qua fungimur in hac parte, de beneplacito et mandato illustris domine regine matris nostre, quod nullus civis Messanensis cuiuscumque conditionis existat, alibi quam in regia Curia Stratigoti et Iudicum civitatis Messane intus in
15 civitate ipsa pro quacumque causa seu questione civili cuiuscumque quantitatis, seu criminali, publica vel privata, possit per aliquos etiam privilegiis iuris communis seu specialis munitos aliquatenus conveniri. In qua regia Curia ipsius Stratigoti et Iudicum Messanenses ipsos pro quacumque predictarum causarum volumus et precipimus conveniri, preterquam de feudis
20 quaternatis et quota parte ipsorum ac crimine lese maestatis, cui convencioni Messanenses ipsos subesse volumus prout alios fideles regios Sicilie, sicut

iuris diffinita senserunt; dignum est enim ut huiusmodi crimen quod cetera crimina trascendit sceleribus, aliorum criminis munimine arceatur. Adiicimus etiam quod nullus ipsorum Messanensium pro quacumque questione modo predicto extra predictam civitatem Messane aliquatenus extrahatur, preterquam pro causa appellacionis questionum discussarum et decisarum in eadem Regia Curia Straticoti et Iudicum civitatis Messane. In qua Messanenses 5 ipsos ad aliam regiam curiam adesse volumus prout postulat ordo juris, reservato tamen quod quando Magna Regia Curia fuerit in ipsa civitate Messane, quod Magister Justiciarius et Iudices ipsius Magne Regie Curie audiant, discuciant et terminent pro parte Regie Curie inter cives ipsius civitatis Messane et quoslibet alios de quibuscumque causis et questionibus civilibus 10 et criminalibus, publicis seu privatis; et si forte aliqua questio vel questiones inter cives civitatis Messane moverentur in Magna Regia Curia et ipsa coram Magistro Iusticiario et Iudicibus ipsius Magne Curie, ipsa Magna Curia existente Messane, et contingerit prius ipsam Magnam Regiam Curiam de Messana recedere quam questio et questiones ipse terminentur, quod cives 15 ipsi pro terminacione questionis vel questionum eorum de ipsa civitate Messane minime extrahantur, sed omnia merita questionis vel questionum ipsarum contenta in actis ipsius Magne Regie Curie, predictis Stratigoto et Iudicibus Messane per eos in Regia Curia civitatis ipsius secundum justiciam remaneat terminandum; in concessione quoque predicta beneplacito et man- 20 dato predicti domini regis domini patris nostri preservatis et in omnibus semper salvis. In huius autem concessionis robur, testimonium et cautelam presens privilegium eis exinde fieri iussimus [et] sigillo pendenti nostre celsitudinis communiri. Datum Cathanie anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo tercio, mense decembris, XV eiusdem, XII Indicionis. 25

Questo privilegio è pure inedito. Si concede per la prima volta a Messina di potere continuare le liti di appellazione innanzi i propri magistrati, quando non erano state definite dalla Magna Regia Curia durante la sua dimora in Messina. Indi a poco (1294) il re Giacomo concesse alla città di Messina il privilegio del giudice unico e proprio per le prime appellazioni, che fu poi chiesto dai Palermitani e concesso nel 1312 dal re Federico.

Deve notarsi per l'esattezza storica e diplomatica che nel *Regesto Poligrafo* (fol. 321 r.° e 322) e nel Libro Rosso (fol. 27) di Trapani e nella ms. *Historia* di Cordici per Monte S. Giuliano (fol. 117 e 118 r.°) questo privilegio è ridotto più breve, e diviso in due, poichè uno appare dato in Catania nel 1283, e l'altro dato in Palermo nel 1285, quasi fosse diverso, speciale e posteriore. Entrambi appariscono come privilegi concessi a Trapani e non già copie dei privilegi di Messina. Nel Libro Rosso al privilegio del 1283 sono

aggiunte dopo il titolo queste parole: « Privilegium literis aureis notandum in favorem Invictissime civitatis Drepani » (1).

Ai privilegi inediti del secolo XIII che pubblico in questo *Estratto*, non ho premesso un privilegio del re Manfredi del 3 maggio 1265, per la sola ragione che è stato per gravi argomenti giudicato falso, come due altri diplomi anteriori di Manfredi l'uno del 4 luglio 1262 pubblicato da Gallo, e l'altro del 4 agosto 1263 da Capasso.

Offro il testo dell'unico che rimane inedito.

1265 — maggio 3 — Capua.

Manfredi prescrive che per diritti e crediti del Fisco non si proceda contro i Messinesi se non dopo il giudicato, e che soccombendo si paghino spese e danni, e che nei giudizi penali, assoluto l'imputato, si applichi la pena che a lui sarebbe stata inflitta.

Manfridus Dei gracia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Dignissime ea lucra mentaliter aborremus, que injuste a nostris subditis extorquentur, quibus etiam de nostra disponimus gracia refulgere, precipue

(1) *Quod Trapanensis non potest conveniri extra terram Trapani.*

Rex Jacobus Rex Sicilie etc. Volumus et precipiendo mandamus quod nullus *Trapanensis* cuiuscumque conditionis existat, alibi quam in *Trapano* et Curia terre eiusdem, intus *terram* ipsam pro quacumque causa seu questione civili cuiuscumque quantitatis, seu criminali, publica vel privata, possit per aliquos etiam privilegiatos privilegiis iuris communis seu specialis munitos, aliquatenus conveniri. In qua Curia *Trapanenses* ipsi pro quacumque predictarum causarum debeant conveniri, preterquam de feudis quaternatis et quota parte ipsorum ac crimine lese Maiestatis, et pro causa appellationis questionum discussarum et decisarum in eadem Curia. Datum Cathine MCCLXXXIIJ.

De causis inchoatis in Magna Curia Trapani degente, et non decisis, non extrahendis.

Idem rex Jacobus. Reservamus etiam quod Magister Iustitiarius et Iudices Magne Curie nostre cum [in] *terra Trapani* fuerint, audiant et discutient et terminent omnes *Trapanenses* et quoslibet alios de quibuscumque causis et questionibus civilibus et criminalibus, publicis seu privatis; et quod ipsa Magna Curia recedente de dicta *terra*, non terminatis questionibus ipsis, dicti *Trapanenses* pro terminatione questionum ipsarum ab eadem *terra* minime extrahantur, sed questiones in eadem Magna Curia mote et incepte per Curiam et Iudices dicte *terre* terminentur. Datum *Panormi* MCCLXXXV.

Messanensibus, qui nobis nostrisque predecessoribus celebris memorie obsequiis voluntarie et serviciis extiterunt et apparent cum opus est; statuimus igitur et ordinamus ex antiquis privilegiis dictis Messanensibus concessis, que per nostrum consilium videri jussimus et discerni, quod nostre Curie vel nostrorum successorum questores sacci vel fisci procuratores, cum aliquis civis Messane, regie Curie debuerit racione et autoritate dicti officii, delicti, excessus vel alia causa quacumque, quod non possit nec possint racione et auctoritate dicti officii aliqua uti prerogativa nec exceptione personarum, privilegio seu favore, imo illud ab eo vel eis petat iuridice et in foro nostro Stratigoti et Judicum dicte civitatis, et nisi fuerit declaratum per ultimam sentenciam, non valeat ipsum vel ipsos cogi facere ad solvendum. Preterea si civem vel habitatorem dicte civitatis convenerit aut incusaverit et succubuerit, quod resarciat sibi expensas et damna, et si fuerit de crimine penam luat quam passus fuisset reus iudicatus, nam volumus regios ministros justissimas causas agere et petere consulte, et tociens eos injuste est judicandum egisse, quocies succubuerit. Insuper quod nullus ipsorum causam aut causas assumat, que non per Curiam sed particularem personam vel alium qui tangitur est agenda, quod si facere presumpserit eiiciatur a foro; causis inchoatis minime subintret, in quibus jure, constitucione, usu vel consuetudine prohibente, subintrare non potest nec debet; quidquam per inquisitionem non agat, quam ibidem fieri pro re quacumque prohibemus omnino, sed ubi agere potest, partibus citatis et vocatis, eo modo agat vel incuset, quo agere vel incusare permittitur persone private. Demum volumus et decernimus quod dicti questores aut procuratores exigendo res fiscales, vel quomodolibet agendo vel incusando in civitate predicta seu contra ibidem habitantes, nil aliud sint quam persona privata, nullo favore, privilegio nec utantur prerogativa, preter illam que a jure etiam pusillis et infirmis tribuitur. Quoniam reges, in quorum manu stat judicium et justitia, quanto magis se vident legibus absolutos, tanto fortius se debent justitia et ratione ligare. Hanc nostram ordinationem volumus inviolabiliter perpetuo observari, et quisquis auctoritate quacumque prefultus illam violare presumpserit temerarius judicetur et infamis, duodecim libras auri purissimi solvat, officio depellatur et fiat regio conspectu indignus, et ad perpetuam memoriam presens authenticum exemplar fieri mandavimus nostro epistagmate roboratum. Datum Capue per reverendum patrem confessorem et cancellarium nostrum Iulianum Archiepiscopum Beneventi, tertio Maii post incarnationem Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, Gentilio de Abiso militi, Ferrerio Cisterna juriste et Bartholomeo Chemella sindicis et civibus civitatis eiusdem; huius exemplaris interfuerunt testes astantes ibidem reverendi Hieronimus Gaetanus et Simon Averrorum episcopi, Anellus de Sandalo comes Fundi, Thomasius de Puteolis, comes Galatini, Stephanus de Apina, comes Menafrii noster Pincerna et Carmenius Montagna comes Catanzarii, una cum pluribus aliis etc.

Gli argomenti di Capasso per escludere l'autenticità dei tre diplomi di re Manfredi sono accennati nella cit. *Historia diplomatica regni Siciliae* (Napoli 1874, pag. 236-238). Ho voluto nondimeno pubblicare questo diploma del 1265 perchè i due altri sono stati pure pubblicati, ancorchè impugnati come falsi o sospetti.

Il testo di questo privilegio si trova nei manoscritti dell'Archivio Comunale (fol. 38), della Biblioteca dell'Università di Messina, e della Biblioteca Comunale di Palermo (Ms. Qq. H. 17 fol. 23 r°) con data erronea *1275*. Si trova pure nel Ms. della fine del secolo XV nella Biblioteca dell'Accademia di Storia in Madrid con la data *1275*, secondo l'indice pubblicato da Hartzenbusch (*Archivio Storico Siciliano*, Palermo 1876, vol. I pag. 318) e da Carini (*Relazione*, II, pag. 259). È manifesto l'errore di *septuagesimo* invece di *sexagesimo*, essendo dal *26 febbraro 1266* morto il re Manfredi nella famosa battaglia di Benevento.